

Maib. et Collegio Erford.

D. HUBERTI
PHANI J.C. CELEBERRIMI,
S. CÆSAR. MAJEST. QUONDAM CONSI-
LIARI, ATQUE INGOLSTADIENSIS ACA-
DEMIE PROFESSORIS PRIMARI,
TRACTATUS DUO

DE ORDINE JUDICIORUM,

quem vulgò PROCESSUM JURIS vocant,

CUM DECLARATIONIBUS ADVA-

rias ll. perspicuè adjectis, atq. qq. illustrioribus ab ipso
autore nervosè decisis.


Accessit Index, tam Verba, quàm Res & Capita Sufficenter de-
monstrans, curâ

CHRISTOPHORI PHILIPPI Nictier/Eisfelda Fr.



Daloz
Philipp
& Privilegio

Sumtibus JOH. REIFFENBERGERI, Bibl. Jenens.
SCHLEUSINGIÆ, Ex officinâ HIERON. STEINMANNI.
ANNO M. DC. XXVIII.



*Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis,
Prudentissimisque VIRIS,*

Inclutæ atque Imperialis libe-
ræ Civitatis Ratisponensis Dnn. Camerariis
reliquisque Senatoribus spectatissimis &c. Dominis
meis gratiosis, Patronisque æternum
venerandis,



Um paulu-
lum meditarer de
materia alicujus præloquii,
quod aureo operi, de *Ordi-
ne Judiciorum*, à Celeberrimo Jcto, D. Hu-
berto Giphanio, nervosè conscripto,
accommodare pro meritis deberem, &
pro viribus possem: incidit mihi illud &
vetustate tritum, & veritate satis munitum,
adagium, *vino vendibili non opus esse suspensâ
hederâ.* Quod enim per se satis est clarum,


1



D. HVBERTI GI-
PHANII, A GIFFEN, IC. S.
CÆS. MAJEST. QVONDAM CONSILIARII,
& *Academiæ Ingolstadiensis Antecessoris*
celeberrimi,

TRACTATUS PRIMUS,
DE IVDICIO PRIMO,
sive instantiâ primâ.

CAPUT I.

 **Onsilium & institutum no-**
bis est, formam & ritum sive ordinem iudi-
ciorum privatorum explicare: nam de pu-
blicis aliàs fortassè diceretur. Prius autem quædam
videntur præmunienda. **PRIMUM de VSV & ABV-**
SV IVDICIORVM. Deinde de eorum generibus.
Postremò de formis ac ritibus. Quod attinet ad **VSVM**, e-
jus necessitas & causa sive origo à Platone, malitiis hominum
attribuitur. Ut enim [inquit] Medicorum ortus est ex mor-
bis: ita Pragmaticorum & Causidicorum est ex controversiis &
litibus. Ut autem adversus morbos multa remedia Medici: ita
& adversus lites & controversias civium multa quoque **JCTi &**
Politici auxilia & remedia repererunt. **Remedia autem**

A

& au-



TRACTATUS ALTER, DE IUDICIO SECUNDO, SIVE DE AP- PELLATIONIBUS ALIISQUE

REMEDIIIS.

CAPUT I.

DE TRACTATIONE ET OC- casione huius argumenti,

EXplicavimus non ita pridem ea,
quæ ad primum iudicium pertinent: Proximum
nunc est, ut & de secundo iudicio explicemus;
quod APPELLATIONIS dicitur, præsertim cum & hoc ad primum pertineat quod-
dammodò, nempe ad primum vel confirmandum, vel in-
firmandum. Nam si iusta pronunciatu appellatio, confir-
matur prior sententia: Si iniusta, planè infirmatur & extingui-
tur. Sunt autem infirmandæ & rescindendæ prioris sententiæ
plura juris remedia, sic enim veteres loqui solent. l. 2. §. quæst-
tum. ff. de separat. l. 2. ff. usufr. quemadmodum cav. l. 2. 3. licet C. fam. er-
eis. l. 9. C. de appellat. hæc duo quidem celebriora ac frequentio-
ra Appellatio & Restitutio in integrum: Utriusque est
mentio in una eademque l. nempe in l. 2. si causa. C. de transact.
Sed remedium appellationis, ut dicitur in l. 2. C. sententiam re-
scind. non posse, est commune auxilium, ut appellatur in l. 3. §.